



Andreas Fiore

175

Dei et S. Apostolicae Sedis gratia

Episcopus Cuneensis

Quae animarum salutem respiciunt sedulo amplectentes; -
Attenta humili supplicatione incolarum loci v. Fontanelle
infra fines parochialis Ecclesiae S. Bartholomaei loci Boves Ostiae
Diocesis, quorum magna pars a parochiali Ecclesia longe moran-
tur ac difficulter, hyemali praesertim tempore, eandem adire possunt; -
Attenta in primis utilitate providendi congrue ac stabiliter
spirituali eorundem incolarum curae; — — — — —

Attentis amplitudine, soliditate et aptitudine Ecclesiae S. Lauron-
ti v. l. Fontanelle, quae jamdiu titulo Succursalis pollet, et
in qua non modo Poenitentiae ac Eucharistiae, verum etiam
Baptismi Sacramenta ex tempore non brevi ibidem admini-
strantur ab eisdem Pectore; — — — — —

Exquisito ac habito consensu Capituli Eocl. Ostiae Cathedralis;
Edictalibus locatis Litteris die 26 pr. el. mensis aprilis, quibus
citati ac vocati fuerunt omnes erectioni a Nobis faciendae opponere
volentes, ut intra peremptorium terminum triginta dierum a die
publicationis computandum, partes in Curia Ostia agerent suas,
eisdem affixis eadem die 26 aprilis ad valvas Ecclesiae Ostiae
Cathedralis, die vero 27 e. m. aprilis ad valvas tum Ecclesiae paro-
chialis S. Bartholomaei loci Boves tum Ecclesiae S. Lauron-
ti eisdem loci, de qua agitur; — — — — —

Audito defensore legitimo vacantis par. Ecclesiae S. Bartholomaei;

Praemissis omnibus de jure praemittendis;

Quae omnia ex documentis in actis legitime constant;

Facultatibus utentes eobis collatis, praesertim a Tridentina Synodo
sess. XXI cap. 4 de Reform., dictam Ecclesiam sub titulo et invocatione
S. Laurentii loci v. "Fontanelle - Boves", sufficienti paro-
chiali domo ac parvo horto instructam a Parochiali Ecclesia
S. Bartholomaei "Boves" separandam et dismembrandam
esse decrevimus, prout vigore praesentium separamus et dismen-
bramus, eam in parochialem Ecclesiam erigimus et constitui-
mus, atque Vicariae Foraneae Ecclesiae matricis S. Bartho-
lomaei "Boves", in his quae de jure, subiectam decernimus.

Parocchiae autem sic noviter erectae limites, qui facilioris intelligen-
tiae gratia italico sermone declarantur, sunt ist sequitur:

Nord. Ovest: Confini comunali Boves - Borgo S. Dalmarzo dal punto di con-
fine dei tre comuni Cuneo - Boves - Borgo S. Dalmarzo al punto di confine dei
tre comuni Boccavione - Boves - Borgo S. Dalmarzo. — — —

Sud. Ovest: Confini comunali Boves - Boccavione dal punto di confine dei
tre comuni Boccavione - Boves - Borgo S. Dalm. fino alla strada vicinale di S. Antonio.

Sud. Est: - Strada vicinale di S. Antonio dal punto di confine comunale
Boccavione - Boves fino alla strada vicinale del Pasturone (compresi inoltre
nella nuova parrocchia i casggiati del Cetto "Gianot" e del Cetto "Pulis" rispet-
tivamente al Num. civico di mappa 57 e 58); - strada vicinale del Pasturone
fino al Vallone S. Martino; - vallone S. Martino fino all' incontro della strada
vicinale di Gastaldato; - strada delle Fornaci dalla strada vicinale di Gastal-
do fino allo sbocco nella via provinciale Boves - Borgo S. Dalmarzo. —

Nord- Est. - Linea retta più breve dallo sbocco della strada delle Fornaci nella Via Provinciale Boves- Borgo S. Dalmasco alla linea ferroviaria Borgo S. Dalmasco- Boves; - quindi linea retta fra questo ~~punto~~ della linea ferroviaria fino al punto di confine dei tre Comuni Boves- Borgo S. Dalmasco nel torrente Gesso.

Pro congrua vero Archipresbyteri (hoc enim titulo donatum volumus sacerdotem qui eidem Ecclesiae praeficietur) sustentatione assignamus, praeter adventitios stolae proventus, annum redditum libellarum nongentarum trium currantis italicae monetae in syngraphis Rebliti publici italici favore eiusdem Beneficii parochialis inscriberdis, cuius quidem redditus altera tenuis pars jam inscripta est favore eiusdem Ecclesiae, altera autem pars a piis Oblatoribus solvetur ad complendam summam annui redditus libellarum nongentarum trium.

Parochiale autem Beneficium oneratur piis legatis infra descriptis iuncta piarum Oblatorum dispositiones, quae sic sonant: —

Ogni anno si celebrerà devotamente la festa di S. Caterina V. e M.:-

Ogni primo Venerdì del mese si reciterà la coroncina del S. Cuore con fervore.

no e Benedizione del S. mo, e si canterà la 1^a Messa nel giorno della festa del S. Cuore di Gesù secondo l'intenzione del fu D. Peano Bartolomeo:-

1^a Messa cantata anniversaria: li 28 luglio per Paolo Bellone, 31^a aprile per Peano Giovanni, 2^a maggio per Peano Maddalena, 28 maggio per D. Peano Bartolomeo, 4 luglio per Peano Felice, 7^a settembre per Peano Ambrogia, 26 settembre per Peo Anna, 6 dicembre per Peano Felice, 10 dicembre per Peano Giuseppe. — — — — —

Ut autem debitus honor Ecclesiae matrici S. Bartholomaei loci "Boves" servetur, volumus ut in eiusdem die festo titulari, ea

die qua in Kalendario Diocesano occurrit, eidem Ecclesiae matri-
ci candelina ex cera ponderis unius Chilogrammati exhibea-
tur ab Administratoribus parocchiae, sic noviter erectae.

Tandem pro exercitio Curae parochi in dicto loco et districtu
commorantis, quum pro hac vice res sit etatis nominandi,
assignandi et instituendi Sacerdotem quem, ab Examinatoribus
canonicis electis examinatum et approbatum, idoneum judi-
caverimus, prout iuris est decernerimus.

Datum et actum Cuneo, in Curia Aegria Episcopali, huius
die secunda mensis Junii anno Domini millesimo
nongentesimo decimotertio.



Antonijs. Episcopus
Th. Antonius Eggero Carrell